

habere rectores demones secundum sue nativitatis figuram celestem:& nunc omnia generari & moueri praeципue a ratione seminaria. Dic quæso quæ nam ē hæc uirtus uel ratio seminaria universæ naturæ:uel propria minime dissonans uniuersæ quæ omnia generat & mouet præcipue? certe aliquid est celi superioris uel inferioris: sed cum celum & a nimis eius penetret uniuersa:& sit in omnibus & ubique ita q[uod] omnia continuata serie ac mira facilitate regantur a celo: ut inquit platonici: teste plotino: erit ergo hæc uirtus seminaria a celo: uel sane erit ratio seminaria universalior: q[uia] celum. quid ergo disputat: & ab opere tanq[ue] nimis uniuersales excludit influxus stellarum cum uitute seminariam sic potius excludere habuisset ab opere tanq[ue] universaliter excludit insuper habitudines corporum celestium tanq[ue] nobilissimas singula hec facere: sed interdum significare: non aduentens implicationem uerborum uel eorum impossibilitatem cū cause uniuersales sint priores: & posteriores & cause primæ nobiliori modo influant q[uia] secunde: Ad hec si habitudines corporum superiorum nihil faciunt: quomodo fatetur per quotidianum cursum celestium inferiorumq[ue] causarum res qualitate mutari: non specie imo etiam multe res specie mutantur. in transmutationibus enim terminus a quo non est eiusdem speciei semper cum termino ad quem: ut patet. embrionis dicitur specie ab homine: & tamen ex embrione fit homo: quid plura de ista uniuersitate & mobilitate habitudinum superiorum corporum iter se: sunt ne habitudines superiorum inter se ita confuse ut surda: & irrationalis sint & infinitæ: ut nullo actu compræhendi possint: quod certe nimis absurdum esset etiam modice considerati apud platonicos. si enim inter aliqua debet esse ordo & communicatione ex cellente debet esse in diuinis ut inquit plato in timo: & ibidem calcidius per musicam mundanam ordinem & communicationem rerum inuit motus certe celi recte habetur: & non sunt in operando ociosi: & iudicia ex communib[us] & uniuersalibus sunt certiora in omnibus scientiis: cum de illis sit scientia & communia dero gent particularibus in iudicando. F. Credbam ex regulis aliqua excipienda: & illa esse particularia. exemplifica in hac re si placet. Astro. Habrahain sapientissimus inquit q[uod] omnis sapiens qui se imittit scientiae iudiciorum signorum: & sapientia